

nominavit. Nam antiquitus a primo possessore^a Stanenbruh^b vocabatur, unde etiam actenus saltus adiacens eo nomine nuncupatur. Deinde ad munimen Romani exercitus castella in circuitu munivit, primum supra lacum ipsius Ille fluminis, quod Brundusium nominavit, sed postea a Herolis^c renovatum^d et Brannenbruc est nominatum^e; alterum vero in saltu iuxta villam que Hiltesheim^f vocatur construxit, quod actenus Erthburc vocatur; tertium vero iuxta villam Cagenheim^g, quod Altenburc dicitur; quartum nichilominus trans flumen iuxta montana construxit ipsumque ab alto situ Apicam nominavit. Horum itaque castrorum^h castellani cum finitimis populis ipsius pagi singulis mensibus ad fanum supradicte insule venientes sacrilegos sacrificiorum ritus cum ludis zenicis celebrabantⁱ.

Sed cum Iulius Cesar per^k decennium^k munificentia et benignitate atque honoribus omnes Germanos magis quam bello absque^l omni tributo Romano subdidisset imperio et auxilio ipsorum Senones Gallos aliasque circumpositas nationes vicisset, benignitatem et fidem ipsorum erga se in hoc remuneravit, quod principes eorum senatores, minores^m vero milites Romanos appellavit et conscripsit. Deinde, cum Romam redire disponeret, conventum in Germania celebravit omnibusque valedicens minoresⁿ milites principibus commendavit, ut non quasi servis ac famulis uterentur^o, sed quasi domini ac defensores ministeria ipsorum reciperent. Inde accidit, quod preter nationes ceteras Germani milites fiscales regni et ministeriales principum nuncupantur^p; unde^q etiam^r iudicia servilia subire contemnunt^s.

a) 'possessore suo' PS = Mader. b) 'Stannembrücke' P; 'Stannenbrouch' S; 'Stanebruch' Mader. c) 'ab Erolis' PS; 'ab accolis' Mader. d) 'nominatum' P. e) 'nuncupatum' Mader. f) 'Hilttheimb' P; 'Hiltzheim' S; 'Hiltzheim' Mader. g) 'Caugenheim' G; 'Kagenheim' S = Mader; 'Kagenheimb' P. h) 'castellorum' G. i) Hier geht Mader sogleich zu Kap. IIb, unten S. 154, über. k) fehlt PS. l) 'et absque' PS. m) Ueber einen Zusatz im Original sagt B: 'inferiores' recentiori manu adscriptum. In der Abschrift C von 1320 ist der Zusatz eingeschoben worden; denn es heisst in P: 'minores vel inferiores vero milites', in S: 'minores vero vel inferiores mil.'. n) 'val. mil. minores vel inferiores' P; 'val. mil. minores et inferiores' S; vgl. N. m. o) Ueber einen Zusatz im Original sagt B: 'ab' a recentiori manu adiectum; in der Abschrift C von 1320 dürfte in der Tat 'abuterentur' gestanden haben, wie jetzt in PS. p) 'nuncupabantur' P; 'nuncuparentur' S. q) Dieser letzte Satzteil fehlt in B und daher auch in Sch. und G, die daraus geschöpft haben; er steht in N, S und P. Dass er dem Original (als Nachtrag?) angehörte, geht ebenso aus seinem Inhalt wie aus seiner Fassung hervor (vgl. oben S. 136). r) 'et inde' N statt 'unde etiam'. s) 'contempserunt' P.